

Jubente Reverendissimo P. Inquisitore Ferrariae attentè, avidèque perlegi Opus, cui Titulus De Negligentiis, & Omissionibus, Authore Reverendissimo D. Andrea Bertono Sac. Th., & J.U.D., Prothonotario Apostolico, Judice, & Examinatore Synod., & Sanctæ Ferrariensis Ecclesiæ Canonico Theologo; Omniaque inveni Orthodoxæ Fidei, piisque moribus apprime consona, quin etiam uberimis omnigenæ Sapientiæ, & eruditionis Luminibus radiantia, quæ doctissimum Virum decent, hujus Urbis ornamentum, & decus. Ideò dignissimum censeo quod, ad maximum Litterariæ Republicæ emolumentum, Typis mandetur. Ex Collegio Societatis Jesu Ferrariæ 21. Julii 1698.

Franciscus Stephanius Societatis Jesu S. Officii Consultor.

Die 29. Augusti 1702.

IMPRIMATUR.

Fr. Jordanus Vignali de Bononia Inquisitor Generalis Ferrariæ.

Dominicus Catalanus Vicarius Generalis.

SUMMA.

S V M M A R I A

P A R T I S P R I M Æ.

A R T I C U L I I.

S U M M A R I A.

- | | |
|---|--|
| 1 Describitur Negligentia, ex antiquorum sapientum figuris. | 10 Culpabilis est negligentia, si sit Omissio ejus, quod debetur. |
| 2 Negligentiæ Etimologia. | 11 Negligentia est genus, quod in plures species dividitur. |
| 3 Afferuntur variæ definitiones negligentiae. | 12 Negligentia alia conjuncta scientiæ, alia ignorantiae, illa est culpabilior. |
| 4 Definitor (Omissio ejus, quod fieri potest, & debet. | 13 Ignorantia quandoque est culpabilis, ut si sit vincibilis, num. 14. |
| 5 Negligentia sine mora, potest dari. | 14 Negligentia alia est materialis, alia formalis. |
| 6 Negligens non est, qui non operatur, eo quia impeditus. | 15 Alia est in intellectu, & voluntate, alia verò extrinseca, seu de opere extrinseco. |
| 7 Nec præscribitur contra eum, qui non potest impedire. | 16 Alia Negligentia est Regularis, & alia Irregularis. |
| 8 Negligens tamen est, si potuit impedimentum tollere. | |
| 9 Negligentia latius, patet quàm mora. | |

A R T I C U L I I I.

S U M M A R I A.

- | | |
|--|--|
| 1 U T quis dicatur negligens oportet, ut omittat, quod facere potest, & debet. | agere tali impedimento, quod non potuit per ipsum removeri, num. 11. |
| 2 Hic est questio de Omissione culpabili, & consequenter voluntaria. | 12 Limita, ubi non fuit interpellatus, qui debebat interpellari. |
| 3 Impotentia, quæ ex multiplici capite potest oriri, excusat à negligentia. | 13 Limita, si creditor prius non præstitit, quod tenebatur. |
| 4 Negligens est, qui non operatur in termino sibi concesso, vel à Jure, vel ab homine ad operandum. | 14 Negligentia non est, ubi præmittenda est electio, quæ non præcessit. |
| 5 Ubi nullus est terminus datus, statim dicitur negligens. | 15 Neque, ubi aliqua excusatione possit se tueri. |
| 6 Regulariter tamen tunc requiritur Interpellatio, | 16 Afferuntur plura excusationum exempla. |
| 7 In facultativis nemo dicitur negligens ad effectum amittendi, potest verò dici negligens ad effectum non lucrandi, num. 8. | 17 Negligens non dicitur, si mora brevissima succedat post lapsum temporis; quæ autem dicatur mora brevissima remittitur arbitrio prudentis. |
| 8 Etiam in facultativis dicitur negligens, ubi præcessit prohibitio. | 18 Pendente conditione non fit negligens. |
| 9 Semper tamen excipitur, si fuit impeditus | 19 Ita pendente Appellatione. |
| | 20 Ita, si debitum, ex aliqua parte non sit liquidum. |
| | 21 Ita, si Creditor petat plus debito. |

ARTI-

ARTICULI III.

SUMMARIA.

- 1 **A**D Incurrendam negligentiam culpabilem semper requiritur scientia per Theologos, non sic certum est per Juristas, n. 2.
- 2 Relevans satis est quæstio, an ad negligentiam incurrendam prærequiratur sententia.
- 3 Ignorantia alia crassa, & inexcusabilis, alia excusabilis, num. 5., & invincibilis.
- 4 Pro foro externo ignorantia non præsumitur invincibilis, pro foro conscientie statur Veritati naturali.
- 5 Ideò ignorantia Juris nõ excusat in foro externo.
- 6 An possit dari ignorantia facti proprii, quæ sit excusabilis, & tolerabilis.
- 7 Tollerabilis censetur, ubi agitur de damno Vitando.
- 8 Vel si ductus persuasione adversarii.
- 9 Ignorantia differt ab errore, tanquam negatium à positivo, hic quæstio est de Ignorantia consistens in negativo, num. 12.
- 10 Negligentia absque scientia non incurritur.
- 11 Ignorantia Vacationis beneficii non excusat Episcopum residentem.
- 12 Ignorantia crassa, & supina non excusat.
- 13 Ignorantia Juris regulariter non excusat.
- 14 Ignorantia justa, & probabilis regulariter excusat à negligentia.
- 15 In Episcopo difficilius excusat ignorantia.
- 16 Ignorantia Vacationis beneficii, non excusat Patronum residentem in loco beneficii, tanquam inverisimilis.

ARTICULI IV.

SUMMARIA.

- 1 **V**bi est dies certa præstituta, non faciens fit negligens absque interpellatione.
- 2 Obtinens beneficium ante annum 14., non emittendo fidei professionem statim, ac pervenit ad illam ætatem, fit negligens.
- 3 Obtinens beneficium Parochiale, non ordinatus sacerdos, si infra annum promoveri non se curaverit; fit negligens.
- 4 Dies potest esse certa, vel expressa appositione partium, vel ex natura rei.
- 5 Quando opus requirit multum tempus ad sui constructionem, absque ulla interpellatione, & ante temporis lapsum fit negligens qui non cepit tempore opportuno, si nullum suscepit remedium, num. 6.
- 6 Obligatus facere consentire, cum ad legitimam ætatem venerit, an requiratur interpellatio, ut fiat negligens; plures, & diverse afferuntur sententiæ.
- 7 In obligatione conditionali, verior sententia requirit interpellationem, num. 9.
- 8 Nemo eodem tempore obligatur, & simul constituitur in mora.
- 9 Limita si appositus sit terminus post incursum obligationem.
- 10 Ubi dies est certa, tamen in pluribus casibus non incurritur negligentia absque interpellatione.
- 11 Qui enumerantur per plures fallentias à num. prædicto, usque ad num. 39.
- 12 Citatio per edictum non facit negligentem non comparentem, sed semper potest uti Jure suo, si compareat antequam Iudex imponat silentiũ.

ARTICULI V.

SUMMARIA.

- 1 **O**bligatus absque temporis præfinitione tenetur statim, tamen non implendo statim, non fit negligens.
- 2 Regula est, ubi non est appositus dies certa in obligatione, non incurritur negligentia, nisi post interpellationem.
- 3 Exequutor datus ad supplendam negligentiam Capituli, debet assignare terminum competentem Capitulo, antequam exequatur.
- 4 Interpellatio prærequisita sufficit, si vè Judicialis,

- 5 **I**mmò etiam sufficere, si fiat per verba enuntiativa.
- 6 Dummodò fiat cum exhibitione, & præsentatione Jurium.
- 7 Non statim post interpellationem debitor constituitur in mora, sed post tempus Judicio prudentis.
- 8 Interpellatio dat initium Moræ.
- 9 Limita in precario, quod statim facta interpellatione revocari potest.
- 10 Ad convincendum Superiorem de negligentia requiritur trina interpellatio.
- 11 Regula de interpellatione prærequisita limitatur in relictis ad pias causas.
- 12 Legata pia annua debentur in principio anni absque interpellatione, alias debitor condemnatur ad duplum, num. 13.
- 13 Limitatur etiam regula quoad fructus dotis, ad quos non requiritur interpellatio, sed debetur statim, ac Maritus sustinet onera.
- 14 Nisi sit extraneus, qui dotem promittat, tunc nisi post biennium.
- 15 Favore minoris incurritur mora sine interpellatione.
- 16 Ita, & favore Ecclesie.
- 17 Sicuti, & favore Fisci, & favore Universitatis, num. 19.
- 18 Si Creditor non audeat interpellare debitorem timore reverentiali, vel alia ex causa, debitor constituitur in mora, quoad forum Conscientie, absque interpellatione.
- 19 Si debitor latitat ex industria, non requiritur interpellatio.
- 20 Vel si hæres dicat testamentum nullum, ne legatarii consequantur.
- 21 Si quis promisit, se factur: etiam non interpellatus.
- 22 Si unus ex contrahentibus implevit, alter non implendo fit negligens absque interpellatione.
- 23 Qui tenetur ex delicto obligatur absque interpellatione, num. 27.
- 24 Sicuti, quando obligationi additur Juramentũ.
- 25 Ita, & socius qui utitur communi pecunia, tenetur ad Ujuras, nulla præcedente interpellatione.
- 26 Emphiteuta non solvens in termino, cadit à Jure suo, nulla præcedente interpellatione.
- 27 Debitor; qui protestatur, se nolle solvere, absque interpellatione fit negligens.

ARTICULI VI.

SUMMARIA.

- 1 **A**Gendo extrajudicialiter debitor constituitur in mora, per interpellationem extrajudicalem; quando tenetur jure actionis, secus si officio Judicis.
- 2 Licet aliqui D.D. senserint duas requiri interpellationes extrajudiciales, tamen dicimus unam sufficere.
- 3 Canonici Unica monitione vocant absentes.
- 4 Episcopus trina monitione expetitus, ut benedicat Abbatem, si negligit, Abbas adhuc exercet Jura Abbatialia.
- 5 Appellans debet ter instare, ut causa terminetur à Judice secundæ Instantie, secus à Judice primæ instantie, num. 7.
- 6 Et si Episcopus, & Judex primo monitus recusaret, non requiritur secunda monitio.
- 7 Creditor non potest distrabere pignus, nisi præmissa trina monitione.
- 8 Judex ter monitus à Clerico non administrando Justitiam amittit Jurisdictionem, etiã in terminis Triad. sess. 24. c. 20. de reform., & n. 10.
- 9 Vassalus, ut feudo privetur, ter est monendus.
- 10 Ita, & si quis privandus jure suo, ter est monendus.
- 11 Exactor pecuniarum debet ter monere debitores, alias ipse est negligens.
- 12 Si agatur de præjudicio personali, trina requiritur Monitio.
- 13 Regula est, quod dum agitur judicialiter, trina requiratur interpellatio, & quandoque una sufficiat pro tribus, remissivè, num. 16.
- 14 Tres illæ monitiones qualiter differant inter se nomine, & effectu.
- 15 Ex Evangelio Matth. 22., ostenditur præmissa trina Monitio.
- 16 Afferuntur aliquot Fallentie regule, in quibus unica sufficit monitio; ut in præsentem, vel si procedatur summarie, vel Judex moneat partes presentes.
- 17 Unica sufficit monitio, ut venditor consignet rem venditam.

Summaria Partis Primæ.

ARTICULI VII.

SUMMARI A.

- 1 **N**egligentia est effectus peccati Originalis.
- 2 Potest dari simplex omisso, absque omni actu positivo voluntatis decernentis velle Omittere.
- 3 An Negligentia sit moraliter Culpabilis, vel possit esse meritoria, & cum distinctione resolvitur, num. 4.
- 5 In Iudicio finali, potissimum Deus iudicabit de neglectis.
- 6 Qualiter actus internus, & actus externus differant in ratione peccati in Omissionibus, & Negligentiis.
- 7 Negligentia potius est delictum, quam peccatum.
- 8 Assignatur duplex modus, quo negligentia potest esse peccatum.
- 9 Contemptus alius positivus, alius negatiuus.
- 10 Negligens præcavere periculum cognitum peccandi, peccat.
- 11 Negligens tollere occasionem peccandi peccat.
- 12 Negligentia in Prælatiis gravis culpa est.
- 13 Negligere obedientiam, ubi præceptum est sub mortali, mortale peccatum est.
- 14 Hæresis Raymundi luli, quod negligere quodcumque bonum, semper peccatum sit, damnata à Gregor. XI.
- 15 Negligentia operis boni potest esse occasionaliter mala.
- 16 Negligentia est culpabilis, si sit de iis, quæ quis tenetur, vel ex officio, vel ex contractu, vel quasi contractu.
- 17 Qui neglexit operari unicum talentum receptum Matthæi c. 25., damnatur de culpa.
- 18 Negligere gratiam Dei imputatur ad culpam.
- 19 Oportet Deum prævenire benedictionibus, ne gratia Dei evanescat in vacuum.
- 20 Eruditio D. Bonaventuræ ad eliminandam negligentiam.

ARTICULI VIII.

SUMMARI A.

- 1 **P**otest dari negligentia punibilis in foro externo, quæ non sit punibilis in foro interno.
- 2 In foro externo, Negligentia imputatur ad culpam.
- 3 Omittere, quod alii ejusdem conditionis faciunt, culpa imputatur.
- 4 Quinque sunt culparum species, quæ explicantur, num. 5.
- 6 Quando lex aut statutum requirit dolum, non sufficit culpa lata.
- 7 Quia dolum in lege intelligitur in committendo, culpa autem stat in omittendo.
- 8 Si testator remittat Administratori dolum intelligitur in omittendo, tanquam de leviore.
- 9 In casu negligentia, proceditur tanquam in odiosis.
- 10 Assignatur differentia inter forum externum, & internum, quoad obligationem, & culpam resultantem ex negligentia.
- 11 Ex casu fortuito negligentia non imputatur.
- 12 Neque si diligentia nihil profuisset.
- 13 Levis omisso, quando sit de aliquo, quod sit de forma, vitiat actum.
- 14 Negligens in officio assumpto ex contractu, regulariter tenetur tantum de culpa lata, at si officium sit in gratia utriusque partis, tunc tenetur, etiam de levi; & quandoque levissima.



Summaria Partis Primæ.

ARTICULI IX.

SUMMARI A.

- 1 **R**egula, quod negligentia noceat soli negligenti.
- 2 Limitatur primo, dum quis tenetur errantem corripere, & negligat, ista negligentia nocet non correptis.
Sicuti negligentia Rectoris navis, nocet omnibus, qui sunt in navi, si inde pereat.
- 3 Limitatur secundo, quod negligentia Prælati nocet Ecclesiæ in aquirendis; non vero in aquisitis, num. 4., nisi in casu præscriptionis, num. 6.
- 5 Ecclesia tamen læsa restituitur.
- 7 Negligentia Procuratoris, nocet principali, nisi fuisset dolosa.
- 8 Ubi plures sunt tutores, negligentia unius, nocet alteri.
- 9 Negligentia electi, præjudicat electoribus.
- 10 Negligentia hæredis, potest nocere Fideicommissario.
- 11 Negligentia debitoris, nocet Fidejussori.
- 12 Emphiteuta non solvens Canonem tempore debito, potest nocere vocatis ad Emphiteusim.
- 13 Hæres non solvens legata pia, vel omittens celebrationem Missarum, ex præscripto testatoris celebrandarum, saltem per accidens nocet animæ testatoris.
- 14 Negligentia Episcopi in conferendo beneficium, habenti expectativam, nocet huic, & collatio devolvitur ad superiorem, qui potest alteri beneficium conferre.

ARTICULI X.

SUMMARI A.

- 1 **Q**uoties negligentia est alteri dammosa, negligens meretur criminaliter puniri, si habeat rationem delicti.

ARTICULI XI.

SUMMARI A.

- 1 **E**x propria negligentia nemo debet commodum reportare, sicuti diligentia non debet esse dammosa, num. 2.
- 3 Excommunicatus negligens petere absolutionem non admittitur in Iudicio ad se defendendum.
- 4 Etiam si negligentia non sit ordinata ad hoc.
- 5 Maxime si commodum consisteret in aquirendo.
- 6 Pauper qui negligit operari, non meretur pasci, ex D. August., limita si fuit negligens, sed hodie paratus est operari, nu. 8.
- 7 Limita, si quis negligat mundana propter Deum, quia tunc meretur premium.
- 9 Debitor factus ex negligentia admittitur ad cessionem bonorum.
- 10 Ubi diligentia non proficeret, negligens non patitur incommodum.
- 11 Contumax factus, ex negligentia non mulcatur, ideo evitat infamiam, num. 12.
- 13 Negligens implere condiciones turpes positas à testatore, non amittit hereditatem, aut legatum.
- 14 Minor negligens restituitur in integrum.
- 15 Excommunicationem non incurrit negligens, si ultra negligentiam requiratur præsumptio.
- 16 Tutor distrabens bona periculo subiecta neglecta prohibitionem testatoris, prudenter facit.

Summaria Partis Primæ.

17 In casu Statuti Ferrariæ lib. 2. rubr. 128. negligens solvere debita post annos quindecim, non tenetur solvere, si bona fide

joret se solvisse, aut heredes jurent se credere debita fuisse soluta.

ARTICULI XII.

SUMMARIA.

- 1 **N**egligentia non præsumitur, sed est probanda ab eo, qui in ea se fundat.
- 2 Ità, ut qui hodie est negligens, non tamen præsumatur in præterito fuisse negligentem.
- 3 Constito de negligentia, ea tamen non præsumitur dolosa.
- 4 Ideò Medicus non præsumitur negligens in curando vulnerato.
- 5 Neque Maritus præsumitur negligens in vocando Medicum ad curam Uxoris infirmæ.
- 6 Contrahentes non præsumuntur negligentes in suo negotio.
- 7 Regula tamen in pluribus limitatur, ut si Uxor obiit, & Maritus non vocavit Medicum, præsumitur obiisse, ex negligentia Mariti.
- 8 Si vulneratus certo, non vulnere lethali, alia non superveniente causa præsumitur obiisse, ex negligentia Chirurgi, vel ex suo malo regimine.
- 9 Custos negligens præsumitur, si contingat aliquid adversum in re custodita.
- 10 Qui alias fuit negligens in eodem negotio, & hodie præsumitur negligens.
- 11 In Custode Carceris præsumitur negligentia, si Carceratus fugiat.
- 12 Argentarius, si amittat scripturas, ex sua negligentia amississe præsumitur.
- 13 Idem in Notario amittente scripturas apud se custoditas.
- 14 Agnati differentes collocare puellam in matrimonium, ultra ejus ætatis 25. annum, si peccaverit hæc in corpus suum, præsumitur id negligentia eorum evenisse.
- 15 Quod limita, si ipsa puella agat contra agnatos fundans se in eorum negligentia, tunc non præsumitur.
- 16 Pensionarius, qui non exegit contra præcessorem, non potest agere contra successorem, nisi probatis diligentius, quia præsumitur non exegisse ex sua negligentia, num. 17.
- 18 Idem prorsus in censuario, qui non exegit census decursos.
- 19 Patronus Laicus, qui non præsentavit ad beneficium vacans infra quatuor menses, & Ecclesiasticus infra semestre, ex negligentia præsumpta pro ea vice amittit Jus suum.
- 20 In dubio tamen præsumuntur præsentasse in tempore, re integra.
- 21 Limita, si Patroni protestati sint de impedimento, vel impedimentum sit notorium, ut proveniat ex parte Episcopi, num. 22.
- 23 Si, quod communiter possidetur pereat, præsumitur ex negligentia periisse, & num. 24.
- 25 Hæres, vel legatarius non faciens celebrare Missas die præstituta à testatore, præsumitur omisisse ex negligentia.
- 26 Exequor legatorum piorum, si per annum differat exequi præsumitur negligens.
- 27 Hæres non conficiens inventarium tempore à Jure taxato, præsumitur negligens.
- 28 Emphiteuta non soluto Canone tempore debito præsumitur negligens.
- 29 Qui est negligens in cura minorum, præsumitur negligens futurus in Cura majorum.
- 30 Cui duo comissa sunt, in uno negligens, præsumitur, & in alio.
- 31 Per lapsum temporis præsumitur negligentia, & ex hoc currit præscriptio; cum beneficio tamen restitutionis in Integrum.
- 32 Apud Deum negligentia punitur absque probatione, propter evidentiam facti patetis in Dei Judio.

ARTI-

Summaria Partis Primæ.

ARTICULI XIII.

SUMMARIA.

- 1 **N**egligentia tanquam consistens in negativo directè nequit probari.
- 2 Duobus testibus affirmantibus magis creditur, quàm mille negantibus, loquendo de negativa absoluta, secus de coarctata.
- 3 Probatur negligentia, quando probatur, obligatum potuisse facere, & non fecisse.
- 4 Probatur per lapsum temporis Statuti ad operandum, si dies sit certa, & determinata à lege, vel ab homine, num. 5.
- 6 Negligentia directè non cadit sub sensu.
- 7 Obligatus facere, si, & quando contingat casus, non potest probari negligens, nisi probetur casum illum evenisse, & num. 8., & potuisse facere, & non fecisse.
- 9 Probandum erit, etiam per interpellationem fuisse constitutum in mora, quando non est dies certa ad faciendum.
- 10 Testes non probarent negligentiam, si dicerent illum fuisse negligentem, quia est potius judicare, quàm in facto deponere.
- 11 Testes debent deponere de aliquo actu cadente sub sensu.
- 12 Negligentia uti negativa duobus modis per Testes probatur; primò, removendo actum à sensu, non verò sensum ab actu n. 13.
- 14 Probatur secundo, indirectè probando aliquid aliud, ex quo per necesse sequatur negligentia.
- 15 Probabitur etiam per confessionem partis.
- 16 Probatur per ostensionem scripturæ, in qua descripti sunt, qui operati sunt; unde sequatur eos non fuisse operatos, & ideò non fuisse descriptos; vel quid simile.
- 17 Probatur negligentia per famam publicam.
- 18 Ad probandam negligentiam oportet probare quem fuisse interpellatum, & potuisse facere, quod debebat, & non fecisse.

ARTICULI XIV.

SUMMARIA.

- 1 **P**lures sunt effectus negligentie.
- 2 Primus effectus est Præscriptio.
- 3 Via executiva præscribitur in odium negligentis.
- 4 Possessio Civilis præscribitur spacio 10 annorum contra negligentem, quæ autem requiratur ad hoc, num. 5.
- 6 Contra possidentem, ex clausula constituti, non currit præscriptio, ex negligentia decennali, & num. 7 8 9.
- 10 Neque constituens potest præscribere, quia non sibi possidet.
- 11 Constituens non præscribit, etiam si denegat solvere conventam pensionem, nisi denegaret animo occupandi.
- 12 Qualiter intelligendi sunt oppositum dicentes.
- 13 Ex mutatione animi non manifestata constituentis, non potest constitutarius præjudicium incurere, non occupando rem suam.
- 14 Constitutarii negligentia inciperet, quando res ab aliquo tertio occuparetur.
- 15 Constitutum expirat morte constituentis.
- 16 Non defuerunt, qui in odium negligentie concesserint præscriptionem in actibus personalibus, cum mala fide, quam sententiam merito improbat Gibellinus.
- 17 Contra impeditum non currit præscriptio, quia non est negligens.
- 18 Ex eadem causa nec currit contra ignorantem.
- 19 Multa proponuntur obiecta contra prædicta, quæ tamen solvuntur numeris seqq., usque ad num. 24.
- 25 In creditore non potest considerari negligentia ad effectum præscriptionis, si habeat longe plus in manibus, quàm ipse pretendere possit à debitore.
- 26 Negligentibus Jura non subveniunt.
- 27 Negligenti in regimine datur Coadiutor.

* 2

28 Ne-